



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Vitæ Pontificum Romanorum**

Ex Antiquis Monumentis Collectæ

**Sandini, Antonio**

**Bambergæ, 1753**

CLXXXI. Lucius III. Anno Christi 1181. Federici 27. Alexii Comn. 1.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65464](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65464)

*Episcopali insulâ insignitum fuisse. Que  
duo inter se pugnant, quandoquidem Ale-  
xander III. Eugenium plusquam ducentis  
annis precessit. Prior enim obiit anno  
1181. posterior creatus est anno 1431.*

In hac responsione Gonetus in eo quidem  
fallitur, quod ponit Bernardum Justinianum  
facere S. Laurentium filium Nicolai, cum fa-  
ciat filium Bernardi, quem Nicolaus ex An-  
na filia Vitalis Michaëlis Ducis Veneti susce-  
perat. Ecce verba cap. 1. *Natus est Lau-  
rentius Venetiis Bernardo Justiniano pa-  
tre, matre vero Quirina.* Et paulò post:  
*Natus est Laurentius sub finem belli Ge-  
nuensis illius maximi & periculosissimi, &  
natus quo die pro insigni apud Clodiam vi-  
ctoria universa Civitas supplicationibus,  
& omni latitie genere redundabat,* vide-  
licet VII. Kal. Julii anno 1381. ut notant ex  
Sabellico Bollandistæ die 8. Jan. pag. 553.

Quod verò pertinet ad Alexandri III. Eu-  
genii IV. & S. Laurentii Justiniani ætatem,  
& ad Chronologiam, viderint alii.

CLXXI.

**LUCIUS III.**

ANNO CHRISTI 1181.

FEDERICI 27. ALEXII COMN. 1.

**L**UCIUS III. antea *Humbaldus Al-  
lucingolus, Lucensis* Kal. Septemb.  
anno



- Bar. an. anno 1181. ex præscripto Concilio  
1181. §. 15 Lateranensis III. Pontifex factus est  
pag. §. 5. apud Velitras, & VIII. Idus Sep-  
tembr. coronatus. (1) Romam pro-  
gressus, haud diu ibi commoratur.  
Nam dissidentibus ab se Romanis, ve-  
ritus, ne manens in Urbe iacturam  
faceret dignitatis, decessorum exem-  
plo discessit, & Velitris, proximisque  
in locis confedit. Postea Romam ite-  
rum contendit, ut Romanorum ani-  
mos tranquillaret. Sed aliter evenit,  
atque cogitârat. Etenim civili sedi-  
tione expulsus est. Itaque Veronam  
se contulit, ubi congressus est cum  
Imperatore ad colloquium Christia-  
næ Reipublicæ causâ. Eadem in Urbe  
mortuus anno 1185. VIII. Kal. De-  
cembr. sepultus est in Templo maxi-  
mo, post annos quatuor, menses duos,  
& dies duodeviginti, quàm Pontifex  
consecratus fuerat. (2)

## ANNOTATIONES.

(1) Gaufridus Vossiensis Lucio III. coarctus  
in Chronico apud Labbeum tom. 2. Nova  
Bibliothecæ MSS. Librorum pag. 327.  
*Feria 3. eligitur Humbaldus, qui Ponti-  
fex erat Ostia, & Veliterniensis Urbium.  
Sequenti Dominicâ primâ Septembris co-*

rona:



ronatur & insignitur à Theodino Episcopo Portuensi, & ab Archipresbytero Ostiensi juxta consuetudinem. Nam, si fortè Episcopus Ostiensis præsens non fuerit, Archipresbyter Ostiensis seu Veliternus interesse debet consecrationi, ut ait Cencius de Sabelis Cardinalis, qui postea fuit Pontifex Honorius III. nomine, in Ordine Romano apud Mabillonium tom. 2. Musei Italici pag. 212. Ex his intelligis, jus consecrandi Pontificem ita fuisse proprium Episcopi Ostiensis, ut si hic fieret Pontifex, vel interesse consecrationi non posset, Archipresbyter Ostiensis deberet in ejus locum succedere vicemque supplere. Nunc verò, ut ait Garnerius in notis ad Librum Diurnum Rom. Pont. titul. 8. cap. 2. cum inter Cardinales plures sint Episcopi, qui tres aliis ætate præeunt, consecrandi Pontificis jure gaudent. Vide annotat. 1. ad S. Marcum, & 1. ad S. Leonem II.

(2) Ptolomæus Lucensis Hist. Eccl. Lib. 20. cap. 34. tom. 11. Scriptor. Rer. Italic. pag. 1112.

Tradunt Historiæ tale Epitaphium insculptum sepulchro, in quo ortus suus describitur, processus suus, & exitus:

Luca dedit lucem tibi, Luci, Pontificatum Ostia, Papatum Roma, Verona mori.

Et inde ponuntur versus contrariæ sententiæ, quasi quoddam apologeticum primorum:

X x

Imò



Imò Verona dedit verum tibi vivere, Roma  
Exilium, curas Ostia, Luca mori.

CLXXII,  
**URBANUS III.**  
ANNO CHRISTI 1185.

FEDERICI 3. ISAACI ANGELI I.

Bar. an.  
1185 § 11  
An. 1186.  
§. 1. 16.  
Pag. §. 1. 3.

**E**odem die, quo Lucius III. est  
sepultus, VII. Kal. Decembr.  
*Lambertum Cribellum*, Mediolanensem  
Archiepiscopum, eundemque Cardi-  
nales Presbyterum Cardinales sus-  
fecerunt, ac mox consecratum *Ur-  
banum III.* appellârunt. Hic nondum  
sedatis Romæ turbis substitit Veronæ.  
Ad colloquium veniens cum Federi-  
co tria graviter conquestus est; unum,  
quòd detineret Mathildis patrimoniu-  
m pertinens ad Ecclesiam Romanam;  
alterum, quòd mortuorum Episcopo-  
rum bona redigeret in publicum: ter-  
tium, quòd aliquot Cœnobiorum re-  
ditus sibi usurparet, devotis Christo  
Virginibus ejectis per speciem resti-  
tuendi moris, ac disciplinæ. Com-  
motus quidem ad hæc Imperator, co-  
hibuit tamen sese, ut Urbanum pelli-  
ceret ad coronam Imperii imponen-  
da